



26. K

85.  
96.


LACRUMÆ  
ANHALDINÆ  
*SEU*  
De illustrissimæ ac pientissimæ Principis  
ac Dominæ, Dominæ  
**ANNÆ PRINC.**  
**ANHALDINÆ COMIT.**  
ASCANIÆ, &c. NATÆ COM. BEN-  
THEMIÆ & Steinfurti &c.  
*Magnanimi ac Celsissimi Principis ac Domini,*  
**Dn. CHRISTIANI SENIORIS**  
Principis Anhaltini &c.  
Desideratissimæ Conjugis;  
*De omnibus, in primis verò de Ecclesiâ*  
*Scholisq; optimè merite*  
**VITA & OBITU**  
**ANHALTINORUM POPULARIUM**  
quotquot in celeberrimâ Academiâ Brande-  
burgicâ ad Viadrum Pietati, Justitiæ & Musis  
hoc tempore vivunt,  
**EPICEDIA**  

---

*EXCU SA*  
*Francofurti ad Viadrum*  
Typis  
*MICHAELIS KOCHII.*







Cilicet Heroum timor aduersa-  
bitur ausis?  
Quin immo infractos hos de-  
cet esse metu.  
Qualis ab exusta Lybia Leo per-  
citus orā  
Virginis intrepidans est tre-  
pidante manu,

Quo signo usus opem tulerat Maxamiliano  
Induperatori fortiter in Venetos  
Imperio fidus senior RUDOLPHUS ab Anhaldt  
In metu & intrepidus cuncta peregit ovans;  
Excelsus fibrā motus Christianus avitā  
Æquus in æquā res lance metuq; locat,  
Lata & amara metu sine cumq; metu comitant  
Ferre catus Princeps, nomine regq; pius,  
Ut decet esse metu Christianum operando salutem  
Absq; metu mortis dum mala quaq; metit  
Sic quūm mortalem calleret corpore Princeps  
Conjugem, & impositam sedibus aethereis,  
Absq; metu ac ipse metus prudentia firmat  
CHRISTIANUM fati vincere tela catum  
Fæmineum decus est parere ac educere natos  
Ac parere suo perpetue laude viro  
CHRISTIANO conjuncta fuit fidissima conjunc  
CHRISTIANI parili nomine diva parens,

Utnato forti, forti ut conjuncta marito  
Sanguine, continua vixit & Eusebie  
**A**NNA fide Christo Princeps connexa feraci  
Christianis pressis praesto ope semper erat,  
Natas non luxu vanisq; exercuit, auxit  
Tam pietate probas quam probitate pias  
Venis in hanc lethi vallem generosa, molesti  
Cum vidi molem, sic mala vicit humi,  
Vicit humi conjunx materq; fidelis Anhalt  
CHRISTIANIS Ducibus, filia lecta poli.  
Filia lecta polo vivacior ANNA coruscat,  
Anhaltina fuit dum prece dumq; fide

Summissa ac populari  
συμπαθεία F.

Cyr. Herdesianus B. Anh. J. U. D.  
& ordinarius Pandect. Prof.

---

Sequuntur ejusdem  
ODÆ CELTICA CASTELLANA ET ETRUSCA  
linguis conscriptæ  
Atres Illustre & treshaut Prince & Seigneur Monseign<sup>r</sup>  
CHRISTIEN premier dece nom Prince d' Anhalt,  
Conte d' Ascaigne Seigneur de Zerbst & de  
Bernburg.

**A**insi que l'éguille du quadran de mer  
A bruit d'Aole au milieu de tourmentes  
Contre les uagues esmeuves & brillantes  
Demeure fermee Roine a uoile & ramer,  
Parc

Pareillement au peslemeſle amer  
De vie, & es afflictions pesantes  
Haut esleue Prince, tu ſſais bien leuer  
A Dieu ton coeur & pensees constantes:  
Ta Moytie illustre eſt haut Couronnee  
Pour auoir ſa bas tonsjours ſonnee  
Le los de Dieu, de nature la grace  
Puisque ſa foy & ſon ſaint courage  
A l'univers laissa un diuin ouurage  
Dont Christ l'a donné es lieux celeſtes place.

---

Al iluſtrissimo y muy valeroſo Principe  
y Segnor  
Don CHRISTIAN ſegundo d'elte nombre,  
Principē de Anhalt, Conde de  
Ascagna &c.

**C**omo despues d' el tempestuoso dia  
La tarde clara ſuel fer ſabroſa  
y despues dela noche tenebrosa  
el resplandor d' el ſol plazer embia,  
Assi tras de trabajos y fuerte ya  
CHRISTIAN iluſtre, boluio mas dichosa  
Donde s' entrega apaz y bien reposa  
De todos los desaſtres que tenia.  
Su Madre auguſta lumbre y loor de duenias  
Bolujda al viejo cerro de el oslo  
Gozose ueer ſus ſugetos por niñas  
En paz y en eſtado prouechoso,

Desampara d' esta vita las penas  
Transpuesta al ciel col valor animoso.

All' illustrissimo & ecclentissimo  
Principe & Signore

Don ERNESTO, Prencipe d' Anhalt,  
Conte d' Ascagna &c.

**S**' el nome chiaro chedi preggio eterno  
Orno già'l mondo & hor' Iddio adora,  
Potesse alzarsi col mio stile ancora,  
Haurei tutti li miei poemi ascherno,

ANNA d' Anhalt, il cui valor interno  
Soprapassa quel ch' in donna si honora,  
Albergo fù d'ogni Virtud' & hora,  
Tramesso presso al gran motor superno;

Illustre ERNESTO di si santa madre  
Figliuolo-degno, a cui vestigia chiare  
Leuate li occhi, & il petto gentile  
Tutto s' appoggi al sempiterno Padre  
Accjocche'l mondo al vostro esempio impare  
Prezzare l' alto senza Iddio, vile.

**S**Iccinè Anhaltinæmater consumta cateruæ  
ANNA sub Arcto a jam sepelitur humo?  
Et desiderium tibi grande tuisq; reliquit  
Dux CHRISTIANE, domus lausq; decusq; tue.  
O duram Lachesis! fata heu funesta, benignam  
Quæ Matrem eripiunt & Soboli & Patriæ,  
At benè

At benè tecum agitur, Princeps generosa, reposta;  
Sedibus æthereis lata, quieta, poli.  
At reliquis, quotquot fato statuente supersunt,  
Heu bella, arma, minæ, concomitante metu.  
Ult bella, arma, minæ nostris cervicibus instant,  
Christianis nequeunt bella nocere piis.  
Inter bella, minas semper, DEUS optime, serva  
Christianos fidō nominereq; Deos.

Humilimè

ad posuit

Johannes Herdesianus Bernb.  
Anhaltinus, Juris Stud.

**N**uper ut ad placidas quas fundit Guttalus undas  
Ad collem Musæ & Phœbus quem possidet, anni  
Temporis extremi insolito invitante tempore,  
Expatiarer, & hoc animum atq; hoc verterem in omnes  
Partes: Ecce mthi atratus se Delius offert,  
Cui conjungebant dextras simul octo sorores,  
(Uranie his aberat) pullatâ veste sorores  
Indutæ; primum obstupui & vox faucibus hæfit  
Primum: (magnum omen suberat quod veste nitente  
Depositâ nigram sumissent) mente sed inde  
Vix revocatâ, istis trepidus sum vocibus orsus.  
Phœbe quid hanc atramq; togam, vestemq; decoris  
Expertem soliti dicam portendere? mens mî  
Nescio quid tristis nunc suggerit? His modo Phœbus  
Ingemuit, duxitq; alto suspiria corde;  
Vix tandem tristi de promens pectore vocem:  
Quis modo purpureas ve togas, multo ve rubentes  
Auro, infit, picta & diademata vertice ferret,

Aut

Aer letus viridi redimiret tempora lauru,  
Quis dum moesta D O M U S A N N H A L T I N A dolore  
Solevit, Ille bresq; sonant plangoribus arces?  
Namq; ubi Diva, pij C H R I S T I J A N I , Principis alni,  
Conjux, quam pietas, atq; hijus turba sororum  
Virtutum longè supra omnes extulit, usquam  
Quas oriens cernit Sol, seu cum mergere canthos  
Oceano properat serus, sublata tenebris  
Et ( duram legem fati! falcemq; severam  
Mortis, que flecti nescit ! ) modo funere raptæ est;  
Tristis nox animis augusto funere cunctis  
Insedit, dolor & lacryma Celsissima tentant  
Pectora, & Heroum quoq; rorant lumina fletu.  
Heu quam nigra dies qua lucem seva retexit  
Qua caderet magni lux stemmatis! Heu quibus oris  
Extulit atr a caput, quonam deduxit ab orbe  
Pallentes currus! Heu nunquam visa fuisses  
Lux infausta diem qua tollis Anhaltidos orbe!  
Dixerat hæc Phœbus, dicturus plura; gementem  
Sed vox defecit: Cœlo en procul emicat alto  
Fulgor, & in medium celeri pede se ingerit ipsa  
Uranie, divum genus, ampla syrmate splendens;  
Cœlestiq; micat candore, & stringit ocellos  
Vestis sidereus nitor ipsis concolor astris.  
Quid tandem dolor & gemitus tua pectora Phœbe?  
Quid ludit gravior cœlestia lumina fletus  
Pierides? fatur: Pietas vos fundere fletus  
Principis & virtus poscit, cui cedere terris  
Complacuit: sed & huicce modum posuisse dolor  
Fas erit: ac alto mea pectore condere dicta.  
Exuvias modo qua posuit S A N C T I S S I M A P R I N C E P S  
Parte sui meliore quidem de morte triumphat,

Non

Non etenim moritur, didicit qui rumpere casas  
Mortis, & ardentes hostis restinguere flamas.  
Objecto fidei scuto : haec victoria sola est :  
Paraque nunc anima est excelso redditum cælo.  
Vidi cœlicolum nitidas cum lata subiret  
Sedes, & plausu late cœlum omne tonaret,  
Astabant heroum acies, densaque cohortes  
Angelici cœtus, totus numerusque piorum.  
Eætitia claro præbebant fornice olympi  
Signa : & vicitrices palmas sanctamque coronam.  
Offerri vidi. Vincentem haec munera cælo  
Certa manent : Quisquis vincit fide, is omnia vincit.  
Dixerat Uranie : & Phœbus permotus ocellos  
Absterrit, simul & planctus posuere sorores ;  
Carmine tollentes quæ DIVA est nacta polorum.  
Gaudia, quæ nullus dolor aufert, felleve miscet ;  
Gaudia quæ nullo minuuntur tempore ; tanta  
Gaudia quanta hominum non mens sibi singere, lingua  
Nulla loqui poterit ; quæ nulli visa per orbem.  
Totus ab occasu quæ sese extendit in ortum.

Debitæ subjectionis testandæ ergo  
scribebat

Daniel Ludovicus Bernburg.  
Anhaltinus M. Stud.

**Q**uos ego fletus populi strepentis  
Audio, vel quas hominū catervas  
Cerno, num rursus redeant, veretur,  
Secula Pyrrha?  
sive num Cœlum nimium gravatum  
Decidat, fatum ferat atque cunctis,  
Quæ tenet totum mare, totus Orbis  
Ipse Polusque?

Num feri Martis metuunt caduci  
Fulmina, aut Persas gladiis coruscis  
Sevientes, & fera verba, monstra  
Tristia flantes.  
sive supremi veniet severa,  
Judicis lux, que malefacta dire  
Horrida exurat Stygiis in oris  
Igne cohortis.

Haus II.

B

Non



Non erit vanum superis in astris  
Luminis clari speciem cieri,  
Sive tot longo nitidos videri

Crine Cometas.

Prodromi sed sunt (mibi crede) Jhovæ  
Judicis, signant eadem & tribunal  
Monstra, quæ terras fieri per ampla

Sepè tuemur.

Sed quid lic querunt populi corona,  
Quæve ferali sonitu videtur  
Plangere, & cuius gelidâ reponunt

Corpus in urnâ?

Pauperis num nunc miserum cadaver  
Multitudo isthac comitatur, anne  
corpus argento nitido atq; byssō &  
Purpurâ amictum?

Pauperis non est, neq; enim tot essent  
Plebis accessus, celebri ve pompa  
Scriberent nunquam Pario miselli

Marmore nomen.

Fama quid portat geminas ad aures,  
Spemq; Anhaltini Ducis atq; costam  
Morte liquisse hæc viridis theatri  
Regna coactam.

Nonne vis mortem potuisset atram,  
Vincere; illius precibus movere,  
Sæva Parcarum specie & decora,

Nomina virtus?

Ecce lugubres video cupressos  
Ecce ego tristem aspicio, Taxum,  
Ecce plorantes Helicone ter tres

Monte puellas.

Ipse sed Phœbus cytharâ sonorâ  
Erigit mœstas, simul atq; vates  
Mente collectâ nova plangit atq;

Carmina pangit.

Plangit è tali serie jacentem,  
Mortis in sæva imperio cruento,  
Pangit in celsâ quia cæsa Jhovæ

Sede triumphat.

Ergò, Dux fletus animi impotentes  
Fata dilecti ob nimis ægra cordis  
Mitte, præ multis lacrymisq; tu lan-

gescere noli.

Lux tibi demtam nece quæ rependat  
Conjugē, ô Princeps, igitur madentes  
Sistito fluctus.

Georgius Pansæ, Bernburgæ  
Anhaltinus.

**T**Angimur, & fatis miseri nimis angimur atris,  
Atque infelices opprimit omne malum.  
Nascentes morimur, finisq; ab origine pender,  
Vita quid hæc? Via, quæ raptat ad antra necis.      bra?  
Quisnam homo? Putris humus. Quid humus? Num fumus & um-  
Umbræ levi subito flamine versa perit.

Æuali

Æquali sic sorte sumus, sic omnia labi  
Cernimus, & nil est, quod stabile heic maneat.  
Fulmina missa petunt non tantum culmina montis,  
Non raro imma ferit dextera summa D EI.  
Mors servat legem, mors sceptrum ligonibus æquat,  
Amplius & cessat captus ibi esse miser.  
Illic nulla movent Parcarum stemmata filum,  
Stamina non ulli persoluenda cluunt.  
Terribilis squalore Charon, qui portitor aulæ,  
Et Phlegetontiacæ, flumina scindit aquæ.  
Et rate rimosâ stygias tranare paludes  
Inq; domum Ditis corpora ferre cupit.  
Hoc capiemus iter tandem, huc properabimus omnes,  
Lanificæ ut referunt dira statuta <sup>oæ</sup> trigæ.  
Pallida mors astat, non ullis fascibus unquam  
Vincitur, angustis vilibus atque casis.  
Summus Alexander quorsum, sævusq; securi  
Stratus humili currit Julius atque Cato?  
Non mollit formosa Venus, nil ipse Cupido  
Proficit, è morte haud surripit atque suos.  
Nunc ubi sit Ledæa tuum venerabile nomen,  
Nescimus, dum mors te truculenta secat.  
Vincere tu hostiles turmas cataphracta movere  
Agmina pulcra satis, bellaq; ferre viris.  
Laomedontiacæ fatum exitiale tulisti  
Sedi, tu Hectoreis manibus ausa ferox.  
Te propter Phrygiæ reges, Armataq; peltis  
Agmina lunatis funera multa dabant.  
Eoi & reges, quos belli fama cruentí  
Perculit, accurrunt, tela necemque parant  
Hos licet ipsa tuis omnes captaris ocellis  
Facta tamen Stygiis præda petita rogis,

Sed quid verba miser nil proficietia fundam?  
Aut quid ego vanæ murmura vocis amem?  
Corpora rapta quidem, sed non amissa vocemus,  
Præmissa hæc nosmet nostraq; cuncta petunt.  
Non etenim æterno illis sunt devicta veterno  
Lumina, at extrema ad tempora grata quies.  
Hinc illi, in vivis qui Christi fida caterva  
Extiterunt, quærunt tecta beata poli,  
Alabe immunes, cœlesti sede recepti  
Dulce sonant nostro carmina culta D E O.  
Illustris Princeps animi deponito luctum  
Ingentem costa est sede reposta D E I.  
Illic vera manet vita illam, vera salusque  
Perpetuo fruitur colloquioqne D E I.  
Dum viret in cœlis, terris post funera nomen  
Crescit in immensum, gloria perpes erit,  
At vos ô sancti Manes cœlestibus agris  
Addicti, dulcem concipite ô requiem.

Subiectissimè adposuit

Bartholomæus Braun

Cothenæ-Anhaltinus.

---

**G**AUDIA concessit mons Ursi & mœnia, Mater  
Dum Patriæ Arctoo climate lata redit,  
Dum Pater & Patriæ CRISTIANUS fronte relegit  
Pacatâ cives, agmina cara soli.  
Omnes adventu Patris, Matrisq; benigno  
Exultare, caput cernere quisq; suum.  
Latitia exemplò lessum convertitur altum,  
Dum Patriæ Mater fata suprema subit,  
Arctopolis luge! & mecum tua vota revolve  
Quo Patriæ Patri sit bene, sit Soboli,

Conserua

Conserua decus Ascanie gentemq; vetustam  
Anhaltinorum tempus in omne, D E U S.

Summissè F.

Christophorus Herdesianus  
Bernburg. Anhaltinus.

**P**rinceps Dia cadit, sed non tamen occidit: Ex hoc  
Exilio in patriam vel duce morte redit:  
Exilium hac vita est: vita altera patria: quis non  
Felicem patriam preferat exilio.  
Reliquisse suos tamen illa videtur: Et ipsos  
In mediis turbis deseruisse soli:  
Quin modo qua cunctis via erit calcanda, preisse  
Et rectâ ad sedes evolutasse poli:  
Verum hoc solamen: saltēm præcessit: Et almo  
Visum ut erit Jovæ sponte sequemur eam  
Principis Excelsam mentem solare Jehovâ  
Solamen spiret flaminis aura tui.  
Ne mæror noceat magna de stirpe marito  
Pars animæ cecidit, quod mediata sua  
Quod cecidit redde D E U S autor & altor amoris  
Æternum junges pectora chara polo.

Johannes von Berge Gusteno  
Anhaltinus.

**M**entes piorum dextera continet  
Potens J E H O V A, sidera qui poli  
Natu regit suo, nec illas  
Anxietas premit aut periculum,  
Est inficetum vulgus & impium,  
Quod mortuorum connumerat gregi  
Mentes piorum: hos temporali  
Morte perisse putans peremtos:

B 3

Sed

Sed transierunt pacis ad inclytat  
Sedes perennēs, & superūm choro  
Misti, JEHOVAE perfruuntur  
Perpetuō facie beatā.  
Sic Sancta Princeps, inclyta Anhaltidos  
Columna, tantum transit ad DEUM  
Prærepta, cunctis quæ sequuntur  
Terricos miseros pericla.  
At sancta Princeps, quot tumulo tuo  
Condis honorum Myriadas ! tibi  
Namq; adstites semper fuere,  
Alma fides, pietasque sancta.  
Astræa verax, promptaque dextera.  
Fovens egentes, pectoris & tui  
Robur : Nec omnium licebit  
Innumerum numerum referre.  
Lessum Sasanæ pangite flebilem.  
Nymphæ, sed ipsas vos moderamini  
Peccetur ut nil : Sancta vivit  
Diva recepta domo polorum,

Conradus Theopoldus  
Servestia Anhaltinus.

Culmen Polorū quid superū emicat ? Sed ista Diva est quænā anima ? Optime  
Hæquæ cohortes ? Atria qui DEUM Ab Principis nostræ est ! Et Anhaltidos  
Panduntur ? hi quid sunt triūphi ? Splendor quæ erat : nūc ecce terras  
Lætitia quoq; signa plausus ? Deseruit repetitq; cœlum :  
Sedem parentis, qui mare cum solo Hanc quæ micanti Sythoniam nivem  
Verbo creavit, Diva anima, aethera, Candore vincit cœlicolæ inferunt  
De morte agens latū triumphum, Cœlo : gerit dignam encoronam  
Ingreditur comitante cœlo Temporibus manibusq; palmas.  
Exuta

Exuta duro Diva Chao, Deum,  
Sedes nitentes & numerum piūm,  
Augebit alis astra cœli  
Æthereis superans supremi,

Applaudit illi quilibet Incola  
Cœli, beatam prædicat : & sonum  
Dant Cymbala, & clarum sonanti  
Angelicae are canunt cohortes.  
Andreas Resius Plötzcaviā  
Anhaltinus.

Præterea ODE LUGUBRIS.

**D**escende Cœlo, & dic, age, tibia,,  
Regina, mæstū, Melpomene, melos:  
Et Principis versu beatos  
Ascaniæ venerare manes.  
Est ergo certus, qui modo spargitur,  
Rumor, beatam banc sustulerit quoq;  
Quod Principem certa, nec unquā  
Fallibili fera mors sagitta.  
Heu! sancta Princeps: heu! pia concidit  
Matrona: Quando huic invenient parem  
Nuda Fides cum Veritate,  
Justitia & Pietas, Pudorq;?  
Vobis, Anhalti qui colitis solum,,  
Nunc est dolendum, nunc gemitu novo  
Cōplendus aether: nunc relinquenda  
Ad fidium modulos eboreæ  
Factis in usum tristitia togis  
Ut amici, & equum: illacrymabilis  
Mors Matre vos cum perhenigna:  
Indomito spoliarit arcu.  
Lugete, Cives Arctopolis pij:  
Lugete, quotquot mænia continent  
Vestra Urbis, & quos Sala lambit,  
Ruricola, grviter dolete.  
Excelsa mens, ô Ascaniensium,  
CHRISTIANE Princeps, gloria Prin-  
cipum,

Quem Gallus, & quem trux Ibe-  
rus,  
Quemq; Italus Batavusq; novit:  
Heu! morta cordis dimidium iui,  
Præcelse Princeps, eripuit Tibi:  
Matremq; (prob) proli suavem  
Eripuit generosiori.  
Hinc ergo costam flebilibus modis  
Urges ademtam: nec Tibi vespero  
Surgente decedunt dolores  
Nec rapidum fugiente Solem,,  
Celsos Anhalti jam scio Princeps  
Desideratam plangere Principem.  
Celsa mihi proli videntur  
Plena dolore gementis ora.  
Verum dolori su nimio modus,  
O magne Princeps, desine tristium  
Tandem querelarum: potenti  
Sic etenim placuit J E H O V H.  
Compescit luctus & querimonias,  
Ac his memento rebus in asperis  
A luctuosa temperatam.  
Tristitia, Generose Princeps,  
Servare mentem Scilicet omnibus,  
Quicunq; Terra munere vescimur,  
Tandem via est calcanda lethi:  
Quisquis eris, tibi certa mors est.  
Ergo,

Ergo, solum qui, qui mare temperat  
Ventosum, & urbes, regnq; tristia,  
O JHOVA, mortalesq; turmas  
Imperio regis unus aquo:

Mors quando cunctes eneat horrida.  
Vivamus ejus, da, memoris, D E U S.  
Nostrasq; fac post fata sedis  
Participes animas Polorum.

Hanc  
Humillimæ condolentia  
tesseram app.  
Zacharias Müller Alca-  
nicus.

**M**agnanimi cubat hac CHRISTIANI Principis urna  
Uxor Bentheimio sanguine nata Comes  
ANNA Comes vario fato conjuncta Marito,  
Illustri Illustris lata vel arta tulit.  
Tam felix Sobolis Mater felicis, Anhalti  
Quam mater Patriæ pauperibusq; pia,  
Ut generosa solo Soboli Patriæq; refusit,  
Sic alto existit Filia grata polo.

Christianus Herdesianus Bern-  
burgō-Anhaltinus.



Ja 666

ULB Halle  
002 177 021

3



sb-200

Von MC






# Farbkarte #13

B.I.G.

Centimetres



Black  
3/Color  
White  
Magenta  
Red  
Yellow  
Green  
Cyan  
Blue

IMÆ  
DINÆ  
tissimæ Principis  
Dominæ  
PRINC.  
Æ COMIT.  
TÆ COM, BEN-  
infurti &c.  
Principis ac Domini,  
NI SENIORIS  
Altini &c.  
Conjugis;  
verò de Ecclesiâ  
é merite  
OBITU  
POPULARIUM  
Academiâ Brande-  
ti, Justitiæ & Musis  
ivunt,  
DIA  
SA  
Viadrum  
Kochii.

83.  
96

